

Bozphiri

Folio iiii

literale in proposito.

¶ Perspectiva est ars liberalis. sicut sunt plures. Antecedens probatur. quia ipsa est una de scientiis mathematicis que maxime dicuntur liberales. Dicitur quod perspectiva apprehendit se astronomia. sicut mathematica in eo intelligitur sub quadratio. nam iste est quatuor. arithmetica. musica. et sunt mathematicales.

¶ Querit Quare septem artes nominantur isto nobili vocabulo liberales. Ad hoc quod ex pluribus causis. prima quia olim solum liberi nati. id est nobiles in eis studuerunt. Secunda. quia studere liberalibus artibus debent esse a caris mundanis liberi. Tercio dicuntur liberales. quia studere in his artibus olim sicut et hodie debet esse liberi a tributis principibus. Quarto. quia liberant intellectum a multis erroribus et tenebris. eo quod subtiliter causas rerum inquirunt. Quinto. quia homo his libere uti potest sine impedimento corporali. nam homo in carcere carere debet libere potest argumetari vel grammaticari. Sexto et magis proprie dicuntur liberales. quia media per que sciunt liberaliter. id est facili se offerunt intellectui nostro. eo quod scibilia illa de quibus sunt non sunt nimis supra nostrum intellectum elevata. nec nimis in materia subtili deorsum.

¶ Querit Ut logica sit scientia. Dicitur quod scientia capit dupliciter. uno modo specialiter. puta scilicet est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus speculativus rerum extra animam posteriorum deo et intelligentiis. dicitur primo conclusionis ad excludendum habitus primo principiorum que non acquiruntur per demonstrationem. prima enim principia non sciuntur et intelliguntur. Secundo dicitur speculativa. scilicet cuius finis est scire et per hoc excluditur ars et prudentia. Dicitur tertio. rerum extra animam. et per hoc excluduntur scientie operationales que sunt rerum in anima. Ultimo dicitur posteriorum. id est rerum posteriorum deo et intelligentiis. et per hoc excludit notitia de deo et intelligentiis que non est scientialis sed sapientialis. et vocatur metaphisica. Et isto modo logica non est scientia. quia excludit per tertiam particulam definitionis. Alio modo capit scientia generaliter. pro quacumque noticia veritatis. siue sit rerum extra animam vel in anima. et sic logica est scientia quod probatur auctoritate et ratione. Auctoritate philosophi et boetii. et multorum aliorum dicitur logica esse scientiam. sicut est scientia. sequentia tenet per locum ab auctoritate affirmativam. Ratio probatur. quia logica est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus. sicut est scientia. consequenter

probatur. quia hic arguitur a definitione ad definitionem. ans patet. quia est habitus illius conclusionis. omnis argumentatio est illativa sequentis ex antecedente. et acquiritur ista conclusio ex premissis ubi definitio subiecti logice ponitur loco medii. et propria passio per maiorem extremitate. subiectum vero per minorem extremitate. sic arguendo. Omnis argumentatio per oronem explicatio est illativa consequentis ex antecedente. sicut omnis argumentatio est argumentatio per oronem explicatio. sicut omnis argumentatio est illativa consequentis ex antecedente. et notitia istius conclusionis vocatur scientia logica.

¶ Nullus modus sciendi est scientia. sicut logica est modus sciendi. sicut non est scientia maior probatur. quia modus rei non est res. sicut procedit rem ipsa. sicut in simili etiam modus videndi non est visus. Ad hoc patet per commentatorem secundo metaphisice. Ad hoc respondet aliqui quod duplex est logica. scilicet voces que considerat de argumentatione ut de subiecto cui demonstrabilis est inesse passio per principia et adequata principia. et illa est scientia. Alia est logica verba que considerat de argumentatione ut de quodam instrumetum applicabile ad alias scientias. et illa est modus sciendi. Sed melius dicitur ad probationem maioris quod modus rei non est res cuius est modus. tamen est res alia in se. sic etiam logica non est illa scientie quarum est modus sciendi. tamen est bene scientia in se. Ad dicitur tertio. quod modus sciendi accipit dupliciter. uno modo per instrumetum sciendi. quale est definitio. divisio. et demonstratio. et sic modus sciendi non est scientia. Alio modo accipitur per notitiam que habet de tali instrumetum. et sic logica per dicitur modus sciendi. sicut tunc maior est falsa.

¶ De singularibus non est scientia. sicut logica est de singularibus. sicut logica non est scientia minor probatur. quia est de forte curritur de platea disputante. Dicitur quod singularia capiuntur dupliciter. uno modo ut singularia sunt. et sic ipsorum non est scientia. sicut sensus. Alio modo capiuntur secundum aliquam communem rationem. et sic est de eis scientia. vel dicitur quod logica non est principaliter de singularibus. sicut est principaliter de argumentatione et proprietatibus eius. ponuntur tamen singularia in logica. quia illa sunt nobis magis manifesta.

¶ Illud quod inest nobis a natura non est scientia. sicut logica inest nobis a natura. sicut non est scientia. maior est manifesta. quia scientia est habitus acquisitus. sicut minor patet primo de yppocrate. qui habuit logicam. quia multa scripsit que sine logica non scripsisset. et tamen non habuit

Handwritten marginal notes in a smaller script, likely a commentary or gloss on the main text.